

Chronicon

JURIDICA.

Capitulum Generale.

Diebus 21-26 Septembris anni 1953, celebratum est Romae Capitulum Generale Ordinis; et quidem pro prima vice in ipsa nova domo, in qua, inde ab anno 1950, Curia Generalitia Ordinis sedem habet. Praeses Capituli erat Illustrissimus Dominus H. Noots, Abbas Generalis.

Aderant omnes Abbates et Priores de regimine Ordinis cum deputatis variarum Canoniarum; praeter illos qui, ratione eventuum politicorum, impediti fuerunt quominus Romam tenderent.

In Definitorum Capituli assumpti fuerunt quatuor Abbates, qui Ordinis Definitorum erant. In Secretarium Capituli assumptus est Reverendissimus D. Nys, Abbas Leffensis.

Acta et decisiones Capituli summario modo indicamus.

Cum multiplices quaestiones de Statutis et libro Ordinario tractandae essent, Definitorio Capituli placuit duas constituere commissiones, una scilicet pro Statutis, altera pro Liturgia, quae ei adjumentum praeberent in elaboratione materiae pertractandae in ipso Capitulo.

Cum nova Statuta, in Capitulo Generali anni 1947, approbata, jam per sexennium in praxim deducta fuerint, quaedam elucidationes desiderabantur. Decisum est porro in ipso textu Statutorum anni 1947 nihil immutare sed declarationes authenticas nonnullas in appendice, iisdem typis impressas, addere.

Etiam pro Statutis Monialium Ordinis nonnullae interpretationes authenticae desiderantur; quae tamen examini accurato adhuc subijciuntur in Commissione juridica, ut postea a Definitorio Ordinis penitus examinentur.

Praeses Commissionis Liturgicae Ordinis, Abbas Averbodiensis, communicat editionem novi Breviarii minoris formae adeo processisse ut mox in usum venire possit. Insuper diversae mutationes et adaptationes liturgiam spectantes admissae sunt in Capitulo. Obligatio recitationis officii parvi Beatae Mariae Virginis tam privatim quam choraliter abrogata est. Insuper annuit Capitulum voto Commissionis Liturgicae ut per studia genuina liturgia Ordinis indagetur; quae deinceps approbantibus Patribus Capitularibus, instaurari poterit.

Em. Cardinalis Protector Ordinis, Card. Tedeschini, die 23 Septembris, per aliquot horas inter Capitulares conversari dignatus est.

Die vero 26 Septembris, omnes Capitulares adierunt Castrum Gandulphi, ubi benignissime a Summo Pontifice excepti fuerunt in audientiam; qui adstantes allocutus, eos adhortabatur ut, juxta traditionem saecularem Ordinis, operam suam navarent in bonum Ecclesiae.

Tandem, in ultima sessione Capituli, Dominus Praemonstratensis nominationes varias proclamavit. In Vicarios Abbatis Generalis constituti sunt: Abbas Plagensis, Lang, pro Circaria Austriaca; Abbas Averbodiensis, Gisquière, pro Circaria Brabantica; Abbas Ferigole-tensis Calmels, pro Circaria Gallica. — In Visitatores autem: Abbas Teplensis, Möhler, pro Circaria Austriaca; abbas Grimbergensis, Van Heesch, pro Circaria Brabantica; Abbas Leffiensis, Nys, pro Circaria Gallica.

Ad munus Procuratoris Generalis Ordinis electus est Const. Spillemaeckers, qui insimul Assistens Domini Praemonstratensis erit; alii tres Assistentes erunt: Augustinus Huber; Sylvester Van de Ven; Angelus Staffa.

Quatuor Definitores Ordines erunt deinceps: Abbas Averbo-diensis, Gisquière; Abbas Bernensis, Ondersteyn; Abbas Ferigole-tensis, Calmels; Abbas Plagensis, Lang. D. D. C.

Jus Sepulturae.

In de oude tijden moesten de kloosters over een bijzonder voorrecht beschikken om een eigen begraafplaats aan te leggen. Hier-van vinden wij vooral in de 12^e en 13^e eeuw sporen, o. a., in het oudste archief van de abdijen van Grimbergen en Dielegem. In diezelfde akten wordt het gebied van dit jus sepulturae omlijnd. Aldus J. VERBESSELT, *Het Parochiewezen in Brabant tot het einde van de 13^e eeuw*. Deel I, Zoutleeuw, Ch. Peeters, 1950, bl. 156 v. J. B. V.

HAGIOGRAPHICA.

J. RAMACKERS, *Beiträge zur Geschichte der Abtei Steinfeld*. I. *Wer ist der Verfasser des Herz-Jesu-Hymnus « Summi regis cor, aeto » ?*: Zeitschrift d. Aachener Geschichtsvereins LXIV-LXV (1951-1952), p. 176-81.

Der bekannte, auch um die Prämonstratenserhistorie verdiente Forscher untersucht die von A. Stracke (Arnulf van Leuven, O. Cist., versus gelukz. Hermann Jozef, O. Praem., in: *Ons Geestelijk Erf* 24, 1950, 27-50, 133-169) beigebrachten Argumente, wonach der bisher bekannte älteste Herz-Jesu-hymnus nicht — wie seit G. M. Drewes und vor allem Cl. Blume angenommen wurde — dem sel. Hermann Joseph, sondern endgültig dem Zisterzienser Arnulf von Löwen, Abt von Villers (Brab.) zuzuschreiben sei. Stracke hatte

sich auf äussere und innere Kriterien berufen. Bereits U. Berlière glaubte auf Grund der Tatsache, dass in Ms. 4459-79 der Kgl. Bibliothek Brüssel aus dem Jahre 1320 der Herz-Jesu-Hymnus als Teil eines grösseren Hymnus (« Salve, mundi salutare ») auftritt und als dessen Verfasser der genannte Zisterzienser angegeben ist, die Verfasserfrage für gelöst ansehen zu dürfen (*La dévotion au S. Cœur*, p. 20 s.). Stracke vermeinte in der Handschrift D. W. 26 (311) der Casanatense (Rom), die er der Zeit 1260-80 zuwies und die die beiden Hymnen in der gleichen Anordnung enthält, die Hauptstütze gegen alle Zweifel an der Autorschaft Arnulfs gefunden zu haben. J. Ramackers konnte jedoch die Entstehung dieser Handschrift einwandfrei für das 15., im äussersten Fall für das Ende des 14. Jahrhunderts ansetzen und so Strackes wichtigste Grundlage erschüttern. Auch die innere (und semi-interne) Kritik Strackes vermag Ramackers als nicht zwingend zu erweisen. Bei den im Wesentlichen gleichen Inhalten der Zisterzienser- und Prämonstratenserfrömmigkeit jener Epoche sei es nicht unmöglich, wenn ein Werk des Prämonstratensers, der nachgewiesenermassen zu dem Zisterzienserinnenkloster Hoven, wo er auch starb, in längerer Beziehung stand, einem Zisterzienser zugeschrieben wurde. Andererseits verwendet der Herz-Jesu-Hymnus die gleiche Reimtechnik wie andere Lieder, für die Hermann Joseph als Autor erwiesen ist; auch dies vermag eine Einfügung in ein in formaler und inhaltlicher Hinsicht ähnliches Gedicht eines anderen Autors zu erklären. Ganz übersah jedoch Stracke, dass sich unser Herz-Jesu-lied vom grösseren Hymnus mit seinen gleichen Versanfängen (« Salve ») bei den einzelnen Abschnitten durch einen eigenen Anfang unterscheidet. Soweit Ramackers.

Damit ist die Problemlage, wie sie vor Stracke und Berlière bestand, wieder hergestellt. Eine hundertprozentige Sicherheit für die Urheberschaft des sel. Hermann Joseph besitzen wir noch nicht. Auch Ramackers übersieht nicht, dass das Fehlen einer gesonderten handschriftlichen Ueberlieferung des Herz-Jesu-Hymnus nicht ohne weiteres übergangen werden kann. Es gibt doch zu denken — wie auch K. Koch in seiner Bonner Dissertation (1941) andeutet — dass der Verfasser der Hermann Joseph-Vita, der sonst ziemlich eingehend über die Frömmigkeitsinhalte und -übungen und das schriftstellerische Tun des Seligen berichtet, von einer Herz-Jesuverehrung desselben nichts zu sagen weiss. Ferner, dass man in Steinfeld, wo man vom Anfang an mit liebender Verehrung u. treubesorgt das Vermächtnis Hermanns hütete, keinen Text dieses Hymnus kannte. Allerdings wäre es denkbar, dass der Selige seinen Hymnus während eines seiner Aufenthalte bei den Zisterzienserinnen schrieb, ohne dass eine Kunde davon nach Steinfeld gelangte.

A. H.

SCRIPTORES ANTIQUI.

Adamus Scotus.

In « *Mélanges J. De Ghellinck* » t. II (ed. Duculot, Gemblaci, 1951), P. CHENU, O. P., scribit, pp. 509-526, de *Théologie symbolique et exégèse scolastique aux XII^e-XIII^e siècles*. Qua occasione, inter alia, agit de « allegoria », seu de forma exegeseos scripturisticae, quae saeculis indicatis multum colebatur. « Allegoria » haec methodice tractabatur. Sub quo respectu, opus Adami Scoti, *De triplici tabernaculo* magnum obtinet momentum. Prae oculis habens expositionem libri Exodi (XXV-XXXI), Adamus sensum litteralem horum capitum non sine cura inquit, ut deinde ascendat ad « constructionem », uti ipse dicit, allegoricam (tabernaculum = Ecclesia), et interpretationem allegoricam (tabernaculum = anima). Principia hujus expositionis indicantur ab ipso Adamo. Notari insuper potest Adamum nostrum in expositione litterali tabernaculi mosaici semper cum magna veneratione citare Bedam ; insistens tamen in ea quae ex eo hauriri possunt pro intellectu litterali Scripturae.

J. B. V.

Anselmus de Havelberg.

Inter quaestiones theologicas, quae nostra aetate specialem attentionem merentur, annumeratur absque dubio quaestio de « evolutione » dogmatis. Patet vero Anselmum de Havelberg praeclara de hac re scripsisse in suis « Dialogis ». Quod fuse exponitur a J. BEUMER, *Der theoretische Beitrag der Frühscholastik zu dem Problem des Dogmesfortschrittes* : Zeits. für kath. Theologie LXXIV (1952), 205-226.

Idae ab Anselmo hac de re expositae potissimum hae sunt :

Concilia Generalia Ecclesiae summum momentum habent pro recta conservatione Traditionis. Ita, inter alia scribit : « Cum in omnibus fere generalibus Conciliis tam multa Christianae fidei necessaria statuta sint, quae in Evangelio minime reperiuntur » (Dialogi, 2, 22 ; PL, 183, 1198). « Itaque et ipsum Evangelium et ipsa Concilia ab orthodoxis Patribus celebrata idem Spiritus Sanctus dictavit et paulatim docens omnem veritatem nihil veritati contrarium discet » (Dialogi 2, 23 ; PL 183, 1202).

Fides vero objectiva fixa et immutabilis est. « Ipsa fides orthodoxa post tot impulsiones (haeresium) adeo est roborata et fundata et solidata, ut jam amplius, Domino favente, semper inconversa, semper inconcussa jure permanere deberet, tota integra, ut nihil sit auferendum. Unde etiam a sanctis Patribus convenienter inhibuitur, ut de cetero nemo disputet publice de fide, tamquam de eo, quod jam est definitum, et nulli debet esse ambiguum ; sic quidem extremae dementiae est in medio et perspicuo die commentitium lumen inquirere » (Dial. 1, 9 ; PL 188, 1152).

Quod autem attinet ad potestatem docendi Romani Pontificis, ubi S. Bernardus rarissime tantum loquitur de submissione Summo Pontifici praestanda in materiis ad fidem pertinentibus, Anselmus noster potestatem illam docendi nervose, explicitis verbis proponit et extollit: « Certum est igitur et nulli, qui sani sit capitis, dubium, quod sicut una est Ecclesia, ita unius Ecclesiae unum caput est in terris, et hic est Romanus Pontifex, quem non solum auctoritas humani imperii, sed majestas divini iudicii principaliter omnibus praeesse voluit, cujus quidem formam et institutionem maxime in ecclesiasticis sacramentis oportet omnes imitari, qui sub obedientia illius in fide Petri cupiunt salvari. Ita enim dicit beatus Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus: Qui a Romana Ecclesia discordat, hunc procul dubio haereticum esse constat. Quod autem dixisti haereses hic exortas, hic esse mortuas: et hoc dixisti factum esse auctoritate sanctorum Patrum, qui fuerunt in Oriente, et qui in Nicaeno concilio et in aliis multis conciliis congregati sunt: miror tuam prudentiam, quod ascribas membris, quod erat capitis. Qui videlicet sancti Patres, qui eisdem conciliis interfuerunt, si hodie omnes viverent, nullus eorum nec omnes quidem simul aliquam auctoritatem alicujus concilii sibi usurparent, qui potius omnem conciliorum auctoritatem Romano pontifici recognoscerent aut in propria persona praesidentem aut per legatos suis universa confirmanti. Ecclesiastica namque regula, quam ipsi non ignoraverunt, ita jubet. Non oportere praeter sententiam Romani pontificis concilia celebrari » (Dial. 3, 12; PL 188, 1226).

* * *

Praeclarus praeterea defensor fidei rectae erat Anselmus in controversiis tunc vigentibus cum Orientalibus. In libro 2 suorum Dialogorum fuse agit de Spiritu Sancto cognitioni profundiori revelationis invigilante ipsamque inspirante.

« Siquidem Spiritus Sanctus procedens ab ore veritatis, qui Christus est, Evangelium prius condidit, postea summorum Patrum conciliis auctor et doctor veritatis, sicut promissus fuerat, interfuit. Fidem, quam idem ipse in Evangelio breviter condiderat, in conciliis Patrum explanavit, et quae Filius adhuc dicere habuit, ipse procedens a Filio veraciter edidit et pleniter docuit; et quae tunc soli apostoli non potuerunt portare, ea nunc tota simul portet Ecclesia per universum mundum diffusa » (Dial. 2, 23; PL 188, 1201). — « Et ut omnia sub brevitate colligam, totam Ecclesiam in sancta disciplina eruditam, omnem paulatim docens veritatem, lumine verae scientiae illustravit et adhuc illustrat et semper illustrabit » (Dial. 2, 23; PL 188, 1202).

Notat deinde P. Beumer, l. c., p. 216: « Ein nicht zu unterschätzend Vorteil der Darlegungen Anselms besteht darin, dass der Anteil der Kirche und ihres Lehramtes in den Dogmenfortschritt hervorgehoben ist ».

* * *

Influxus vero Spiritus Sancti in Ecclesiam, et Concilia, non significat veritates vere novas communicari. « Sancta Ecclesia pertransiens per diversos status sibi invicem paulatim succedentes usque in hodiernum diem sicut juvenus aquilae renovatur et semper renovabitur, salvo semper sanctae Trinitatis fidei fundamento » (Dial. 1, 6 ; PL 188, 1149).

Fundamentum vi cuius unitas et simul diversitas in Ecclesia admitti potest est praesentia Spiritus Sancti. « Ecce apparet manifeste unum corpus Ecclesiae cum Spiritu vivificari, qui et unicus est in se et multiplex in multifaria donorum suorum distributione » (Dial. 1, 2 ; PL 188, 1144). « Est ergo gloria filiae Regis, quae est Ecclesia, ab intus fidei decore et testimonio purae conscientiae, sed in fimbriis aureis circumdata varietate diversarum religionum et actionum et currus Dei decem millibus multiplex millia laetantium. Ideoque jam deinceps nullus fidelis suspicetur in hoc esse aliquod scandalum, si Ecclesiae cuius semper est eadem fides credendi, non semper est eadem forma vivendi » (Dial. 1, 13 ; PL 188, 1160).

* * *

Concluditque P. Beumer : Quamvis terminologia modusque sese exprimendi Anselmi quodammodo vaga remaneat, « Man kann die Darlegungen Anselms v. Havelberg nicht hoch genug werten, besonders wenn man sie im Zusammenhang mit den zeitgenössischen Theologie betrachtet » (p. 222).

J. B. V.

Philippus de Harvengt.

Quisnam « clericus » dici queat et debeat, nostris diebus apud omnes constat. Significatio vero hujus termini non semper eadem ratione antiquis temporibus fixa erat. Relate ad significationem termini « clerici », Exc. D. LANDGRAF scripsit in Coll. Franciscana XXII (1952), 74-78, sub titulo : *Zum Gebrauch des Wortes « Clericus » im 12. Jahrhundert*. Ostenditque ibidem Philippum de Harvengt expositionem vere attendendam sub respectu isto referre in suis scriptis.

Ita scribit A. Landgraf de Philippo nostro : « Bei diesem haben wir es mit einem gelehrten Mönch zu tun, der um die Mitte des 12. Jahrhunderts gelebt und geschrieben hat, aber in sein Kloster zurückgezogen keine Lehrtätigkeit entfaltet hat. Er war ein persönliches Bekannter des Gilberts Porreta (Ep. 5 ; PL 203, 45), und ein ausgezeichneter Beobachter der theologischer Strömungen seiner Zeit ».

Philippus porro in scriptis suis narrat se uti « clericum » admissum fuisse ab episcopo, quando erat « grandiusculus puer ». Qua clericus, non necessario destinabatur ad servitium altaris, sed ad statum clericalem sicuti iste a Patribus erat ordinatus. Plurimi anni intercesserunt antequam ordines suscepit (De continentia clericorum,

cap. 1119 ; PL 203, 828). Clericus vero factus, incumbere debet Scripturis sacris, et ut hoc fieri possit, litteris imbui debet.

« Scitis quia dare operam scientiae Scripturarum ita est proprium clericorum, ut quicumque voluerit clericum fieri, necesse sit, litteris imbuatur, et sine earum quantulacumque scientia vel vix vel non quisquam clericus habeatur » (De continentia clericorum, cap. 110 ; PL 203, 816 s.).

E qua expositione sequitur saec. XII clericos imprimis dici omnes qui litteris imbuebantur litterisque addicti erant, ita quidem, ut etiam mulieres litteratae « clerici » non vero « clericæ » vocarentur (De continentia clericorum, cap. 110 ; PL 203, 817). J. B. V.

Philippus de Harvengt.

Notum est in fine operum editorum Philippi de Harvengt, plurima Epitaphia edi. Inter quae epitaphium refertur cuiusdam Magistri Petri (ed. Chamart, 801 ; ed. Migne, P. L., CCIII, 1393). Ad mentem P. DE GHELLINCK, S. J., *Le Mouvement théologique du XII^e siècle* (Mus. Lessianum. Sect. Hist., nr. 10), Bruxellis 1948, p. 278), magister iste Petrus esset Petrus Abaelardus. « Une épitaphe composée par Philippe de Harvengt, donc avant 1180, en l'honneur d'un Magister Petrus, et fort élogieuse, semble bien s'appliquer à Abélard et non à Pierre Lombard à en juger par quelques traits ». J. B. V.

CANONIARUM VITA.

Averbodium.

La revue *Archives, Bibliothèques et Musées de Belgique*, XXIII (1952), 47-48, publie un petit article de notre confrère Pl. LEFÈVRE, intitulé : *La mort et l'inhumation d'Evrard Tserclaes en 1388*.

In periodico *Augustiniana*, III (1953), 145-164, P. SCHELKENS scripsit *De Ecclesia Sponsa Christi* ; exordium faciens a textibus Scripturae, potissimum textus S. Augustini allegat in quibus sermo fit de ratione qua Ecclesia Dei Sponsa Christi dici possit.

J. B. V.

Berna.

Onder de titel : *Liturgie. Uitdrukking en bezieling van het Geloof : Tijdschrift voor Liturgie* XXXVII (1953), 145-157, betracht onze cfr Sylvester VAN DE VEN een principiële en theologisch-verantwoorde beschouwing te geven over de samenhang tussen Liturgie en Geloof. In deze uiteenzetting wordt, in zeer ruime mate, rekening gehouden met teksten geput uit de werken van de H. Thomas v. Aquino.

J. B. V.

Op 14-16 April 1953 had te Nijmegen de Nederlandse Missiologische Week plaats. Algemeen onderwerp was : Het élite-vraagstuk en de missie. Bijzondere aspecten van dit vraagstuk werden voor India behandeld door Dr. F. VAN DER HEYDEN, der abdij van Berne.

J. B. V.

Gödöllö.

Rev. A. L. GABRIEL, director of the Mediaeval Institute (Notre Dame University, Indiana, U. S. A.), has been elected to membership in the International Free Academy of Science and Letters. — The Academy is made up of more than 150 scholars who have been exiled from their native countries in Central and Eastern Europe. In 1947, Father Gabriel left his native Hungary where he had served as Director of the French College and professor at the University of Budapest. He joined the Notre Dame Faculty in 1948 and recently became an American citizen. (Juxta : *Scholastic*, XCV (1953), n° 1).

J. B. V.

E. L. GABRIEL, scribit in *Estudios*, n° 5 (1952), pp. 15-26, de : *Es Culto de Santa Isabel de Hungria durante la Edad Media*. Nonnulla in hoc articulo exponit doctus confrater quoad relationes quae Medio Aevo exsistebant inter Hungariam et Hispaniam. Potissimum ad hoc adhibet ms. N. A. L. 868 Bibl. Nat. Parisiensis. Pag. 18 habetur stemma genealogicum incompletum domus hungaricae Arpad, ad quam S. Elisabeth pertinebat. Inter illas quae cum Sancta Elisabeth conjunctae dicuntur, refertur aliqua Gertrudis, abbatissa († 1297).

J. B. V.

In Statibus Americae Septentrionalis, occasione septimi centennarii foundationis Collegii Parisiensis dicti « Sorbonne » apud Universitatem Parisiensem, erecta fuit consociatio ut faustus ille eventus apud studiosos in memoriam revocaretur. Confrater noster, Prof. GABRIEL constitutus fuit Secretarius hujus consociationis. Qua secretarius, allocutionem habuit : *The spiritual Portrayal of Robert de Sorbonne*, in quo curriculum vitae Roberti, fundatoris Collegii « Sorbonne » erudite exponit. Edita est haec conferentia in : « *The septi-centennial Celebration of the Founding of the Sorbonne College in the University of Paris* », pp. 13-32.

J. B. V.

Parcum.

A. VAN LANTSCHOOT a publié dans *Le Muséon*, LXIII (1950) un article intitulé : *Révélations de Tarmaqa sur le sort de l'âme après la mort*. L. c., pp. 159-189.

J. B. V.

Postula.

In *De Gids op maatschappelijk gebied*, XLIII (1952), bl. 1048-1058, vervolgt onze Postelse confrater, S. SCHOLL, zijn interessante historische beschrijving van de katholieke arbeidersbeweging in België. In deze aflevering van gezegd tijdschrift wordt beschreven : *Een belangrijke datum in de geschiedenis der katholieke arbeidersbeweging : De lock-out te Roeselare (1912-1913)*. J. B. V.

Strahovia.

Franc. Tiburtius HOLLOS, O. Praem., professor Juris internationalis in Univ. Würzburgensi publicavit : *Die katholische Weltkirche und ihre Diplomatie*, in : *Verfassung und Verwaltung in Theorie und Wirklichkeit*, München 1953, pp. 193-225. A. H.

Tepla.

Im Rahmen des 9. Nordgautages in Weiden/Opf. hielt Dr. Martin FITZTHUM O. Praem. am 7. Juni 1953 einen Vortrag über *Balthasar Neumann* aus Eger, den grossen Meister des süddeutschen Barocks. B. Neumann schuf u. a. auch die Pläne zur Abtei Oberzell O. Praem. bei Würzburg (cfr. *Neuer Tag*, Weiden, 19. VIII. 1953 u. *Klerusblatt*, München, Nr. 17, 1953, p. 267). A. H.

Prodiit in *Historisches Jahrbuch*, LXXII (1953), pagg. 349-378, articulus *Spanien und die Prämonstratenserkultur des Barock*, conscriptus ab Aug. HUBER. De historia Ordinis nostri in Hispania, potissimum iis temporibus quibus confratres nostri sese in Congregationem quodammodo specialem segegaverant cum usibus et jurisdictionibus propriis, non multa nobis hucusque nota erant. Uti fontem praecipuum assumens Cod. 1766 (993) civitatis Nanceiensis (Nancy), in quo continetur relatio St. DE NORIEGA, o. Praem., missa ad C. L. Hugo pro conscriptione majorum suum operum de historia Ordinis, plurima describit cfr. Huber quae historiam illius « Congregationis » vere promovent. Origo « Congregationis » describitur ; relationes cum Capitulo Generali illustrantur. Varia potissimum de operositate Praemonstratensium Hispanorum illius aetatis indicantur. Personae praestantes scientia, scriptis theologicis, exegeticis, aut asceticis, de quibus apud Goovaerts nihil invenimus, plures indicantur. Describuntur rationes secundum quas existentia Ordinis Praemonstratensis apologetice iis temporibus modo quodammodo novo ab Hispanis proponatur ; quid fecerint ad promovendum cultum S. Norberti, Hermannii Joseph et S. Godefridi ; quomodo Conceptionem Immaculatam Deiparae simul ac cultum Eucharisticum singulari ratione defenderint, etc. J. B. V.

Ultimis annis, Romae, edebatur *Encyclopedia Cattolica*, quae ubique summo cum plausu accepta fuit. Inter collaboratores hujus Encyclopediae recensetur cfr. A. HUBER, Assistens Ordinis, qui breviter, bibliographia selecta addita, de variis auctoribus Ordinis nostri tractat; ita de: *Eiselin*; *Ermanno Guiseppe* (Hermannus Joseph); *Filippo di Harveng* (Philippus de Harveng); *Riccardo* (Richardus) *a Wedinghausen*; *Sailer Sebastianus*. J. B. V.

Wiltina.

H. LENTZE O. Praem., *Joseph von Spergs und der Josephinismus*. In *Festschrift zur Feier des 200jährigen Bestandes des Haus-Hof- und Staatsarchives*, herausg. von Leo Santifaller, II, Wien 1952, pp. 392-412.

H. LENTZE O. Praem., *L'insegnamento della storia del diritto nella riforma degli studi universitari promossa dal ministro austriaco von Thun e l'istituzione di una cattedra a Pavia e Padova: Archivio storico Lombardo*, ser. 8, vol. III (1951/52), Milano 1953, pp. 291-306. A. H.

Windberga.

N. BACKMUND scribit in *The Innis Review* IV (1953) 25-41 de: *The Premonstratensiam Order in Scotland*. Agit de ortu domuum Ordinis nostri in Scotia, de relationibus earum ad auctoritatem centralem Ordinis, et in fine brevem historiam de singulis illis Canonis proponit. Pag. 34 sermo est de GILBERTO DE GAMDIA, abbate de Tongland, qui anno 1429, jussus est Statuta conficere Facultatis S. Theologiae Universitatis S. Andreae, cujus ipse LicentiatuS erat.

J. B. V.

HISTORICA.

St. Michael Antverpiensis.

Over lage Polderstreken, gelegen naast de Schelde, kwam, in de loop der tijden, herhaaldelijk zware watersnood. Denken we aan de ramp van 1 Februari 1953. De verzorging van de dijken had dan in die streken een meer dan gewone betekenis. De St. Michielsabdij nu was grooteigenares van Zandvliet en Berendrecht, dorpen in die landstreek gelegen. Vandaar had de abdij herhaaldelijk tussen beide te komen in het onderhoud en herstel van Scheldedijken en bracht dit alles meer dan eens betwisting en processen mee. Gegevens daaromtrent — met verschillende archiefstukken gestaafd — vinden we in « *Lillo en Zandvliet in de XV^e eeuw* », door P. J. GOETSCHALCKX en F. PRIMIS gepubliceerd in *Bijdragen tot de Geschiedenis*, reeks III, V (1953), 65-103. J. B. V.

St. Michael Antverpiensis.

In periodico *Cîteaux in de Nederlanden*, III, 1952, publicavit Edm. MIKKERS, O. Cist. Ref., litteras nonnullas quae relationes habent ad conventum qui olim exsistebat in Klein-Galilea apud Monnikendam (Neerlandia). Paginis 238-248, publicat varia regesta epistolarum illarum. Pag. 245 publicatur regestum, diei 12 Januarii 1482; abbas Johannes (Robyns), abbatae S. Michaelis Antverpiensis monet laicos ut debita sua solvant conventui illi Galileensi. In hoc regesto autem abbas ille Ordinis nostri dicitur: Protector omnium privilegiorum Ordini Cisterciensi concessorum. J. B. V.

Steinfeldia.

Anno 1951, prodiit apud bibliopolam Henn, in civitate Ratingen, *Steinfeld, die ehemalige Prämonstratenser Abtei*, auctore J. H. SCHMIDT. Continet 116 paginas, plurimis illustrationibus ornatas.

Tongerloa.

De parochie Broechem behoorde destijds tot de abdij van Tongerlo. De Heer A. DE BELSER behandelt in *Bijdragen tot de Geschiedenis*, reeks III, V (1953), 49-55, de *Inkomsten van de Pastoor van Broechem in de XVII^e eeuw*. Na een inleiding volgt een uittreksel uit de begroting van de Pastoor voor het jaar 1699, opge maakt door prelaat Piera. Verder wordt een archiefstuk (Arch. Tong., V, 164-165) uitgegeven waarin staat opgetekend wat er op de pastorij van Broechem verteerd werd tijdens het proces van de prelaat van Tongerlo tegen maelder Petrus Wijndricx in de jaren 1674-1675. J. B. V.

In het tijdschrift *Taxandria*, n. r., XVIII (1952), 3-27, schrijft Z. E. H. VERELLEN over *Klokken en Klokgieters te Herentals*. Bij de samenstelling van deze bijdrage heeft Schrijver, zoals hij uitdrukkelijk aantekent, veel geput in het Archief van de Abdij Tongerlo. Ook noteert hij (bl. 4) dat de prelaat van Tongerlo in de vijftiende eeuw milde giften afdroeg voor verschillende klokken in de Kempen, o. a. te Vorselaar in 1434, en te Herentals in 1438.

In dezelfde aflevering van het tijdschrift wijst ook Drs. Fr. VERBIEST op de rijkdom van het Archief der Abdij van Tongerlo, voor wat de geschiedenis van de Kempen aangaat (bl. 28).

J. B. V.

S. Vincentius Wratislaviensis.

W. DURIG et B. PANZRAM ediderunt apud Karl Zink Verlag, München, anno 1953, sub titulo *Studien zur Historischen Theologie*

miscellanea a variis auctoribus conscripta (Festgabe für Fr. X. Sepelt). Inter quae, H. HOFFMANN, pagg. 102-118, pertractat *Die Chronica des Breslauer Domherrn Stanislaus Sauer* († 1535). Sauer iste, natus anno 1469, fuit Vicarius Generalis et Officialis annis 1518-1520. Obiit die 21 Januarii 1535. Eduntur in praesenti partes quaedam, ad historiam ecclesiasticam Silesiae spectantes, e Chronico a Sauer confecto (asservato nunc in Bibliotheca Status Monacensi : Clm 965). In quo Chronico (p. 73) legimus : « Anno 1461 tertia die Februarii prior S. Vincencii auxiliantibus quibusdam monachis cepit Abbatem ejusdem Monasterii, quem administratores ecclesie et consules civitatis Wratislaviensis mox liberati sunt (sic) ». — Editor Hoffmann, relate ad hoc factum, scribit (p. 115, n. 47) : « Es handelt sich um Abt Franz Neudorf und seinen Prior Peter Kirstan. Vgl. F. X. Görlich, *Urkundliche Geschichte der Prämonstratenser in Breslau*. S. 24 ».

J. B. V.